


rum procul dubio spectaculum, digniusque in quod conficiendum & sumtûs & operam aliquando si volet DEUS, impendamus, hoc modo præstituros esse nos confidimus: Assumemus lapidem molarem, quatuor, quinque, sex &c. centenariorum, ejusque ambitum in area superiore dividemus in partes æquales octo, decem, duodecim &c. ac singulis

Fig. 36.



divisionum punctis inferemus annulos liquefacto plumbo firmandos, quales in adjecta figura numeris 1, 2, 3, 4, &c. signavimus: Super hunc lapidem humi positum erigemus parallelo ac horizontali fitu circulum ligneum satis robustum, quatuor aut pluribus fulcris infra paulum divaricantibus sustentata-